

XCVI. HASTA (p. 856).

ad n. 7569. Calami errore dedi *pectinar(io)*, ubi dandum fuit *pectinari(us)*.

8959 pars monumenti rutundi. Castellalferi prope Hastam rep. vere a. 1874; est Asti apud Maggioram Verganam.

SALVIAE

Maggiora-Vergana misit.

XCVII. INTER HASTAM ET ALBAM (p. 861).

8960 cippus ornatus rep. in vico Corneliano d'Alba 9 Apr. 1875 in colle e regione castelli in fundo Pasquero.

caput
Medusae
sphinx sphinx
tenentes caput arietis
L · CAESIO · SP · F
PATRI
GEMINIAE · L · F · QVINAE
MATRI
5 M · CAESIO · L · F · FRATRI
Q · CAESIO · L · F · FRATRI
L · CAESIO · C · F · FILIO
CAESIAE · C · F · SECUNDAE · F
V M · CAESIO · M · F · RVFAE · VXORI
10 C · CAESIVS · L · F · POL
TEST · FIERI · IVSSIT

Gazzetta Piemontese 25. Apr. 1875, quam miserunt Ernestus Maggiora - Vergana et Vinc. Promis. Ille misit item descriptam a parochus loci. A. Fabretti *soc. arch. Torin.* 1 (1876) p. 96 tab. 4.

3 GEMINAE parochus. — QVINAE Ephemericis. — 8 V · CAESIO · C · F · F · F (sic) parochus, omittens 9 in. v.

XCIX. POLLENTIA (p. 866).

ad n. 7621. Titulus nuper collocatus est Bra, *via delle scuole* in aedibus privatis. Canavesius Mondovensis ita eum descripsit:

DIDIA · C · F · RVV
MATER
BARBVLA SIV
TERTIVS NI
5 C · BARBVLA
POL · RVM
SIB

Litteras quas dedi inclinatas idem significat dubias esse. Addit in ipso lapide, sed gypso adiecta esse haec: BARBVLA S | FIRMVS (RP non adest). Videtur igitur qui haec addi iussit ex apographo pleniore supplevisse lapidis partem deperditam.

CI. AVGVSTA BAGIENNORVM (p. 873).

ad n. 7708. Hodie Castelletti in curia. A. M. Viara *not. di Castelletto Stura* (Cunei 1875) p. 19, qui legit C · LVCAN | LF · CER · NI.

8961 (ins. post n. 7707) prope Castelletto Stura ai Tetti dei Falchi.

V · LAIVNO
RO · V · DIANIO

A. M. Viara *not. di Castelletto Stura* (Cunei 1875) p. 17.

8962 (ins. post n. 7714) Morozzi prope cascina della Crapina.

Q · VIBI · C · F
CAM
SEVVONI

A. M. Viara *not. di Castelletto Stura* (Cunei 1875) p. 15.

CII. ORA A LVNA AD GENVAM (p. 882).

ad n. 7739. Marcellus Remondini (*Giornale Ligustico* a. 1876 p. 277 adiecta tabula) lapide inspecto emendat sic:

III · ARVS · PETI
NIAE · POSILLA
VILIC · COMP
ARAM · LARI
5 S · V · L · S · L · M

Itaque interpolata est lectio antea nota TELLIVS CENSORINVS | VILICVS · COMPITVM · ET | ARAM · MVNVS · LARIBVS | D · SVO | L · M. Remondiniana sic videtur explicanda esse: [Hil]arus Petimiae Posilla[e] vilic(us) comp(itum) [et] aram Lari[bu]s(?). V(o-tum) l(aetus) s(olvit) l(ibens) m(erito).

CIII. GENVA (p. 884).

ad n. 7756. Cf. quae adnotata sunt p. 1072 ad n. 2407.

CV. ALBINGAVNVNVM (p. 894).

Thomae VIANO *lettere archeologiche* insertae ephemeridis Arcadum N. S. volumini XLI (1863) inscriptiones proponunt Albingaunenses et Albin-timilienses ex libris descriptas omnes.